



Bibliographische Daten

Titel: Alexander de Villa Dei; De forma vivendi monachorum; Perikopen;
Novum Testamentum. - Nürnberg, STN, Cent. I, 81

Signatur: Cent. I, 81

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

scripta sunt in celis. In ipsa hora exultavit in spiritu sancto: et dixit. Confitebor tibi Domine pater celi et terre quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus. et revelasti ea paruulis. Etiam pater: quia sic complacuit ante te. Omnia michi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit. qui sit filius nisi pater: et qui sit pater nisi filius et cui voluerit filius revelare. Et conuersus ad discipulos suos dixit. Beati otali qui videt que vos videtis. Dico enim vobis. quod multi prophetae et reges voluerunt videre que vos videtis. et non viderunt. et audire que auditis. et non audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit. temptans eum. et dicens. Magister. quid faciendorum vitam eternam possidebo. At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? At ille respondit. Diliges Dominum Deum tuum. ex toto corde tuo et ex tota anima tua: et ex totis viribus tuis. et ex omni mente tua: et proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi. Recte respondisti. Hoc fac et viues. Ille autem volens iustificare seipsum: dixit ad Iesum. Et quis est meus proximus. Suspiciens autem Iesus: dixit. Homo quidam descendebat ab ierusalem in iericho et incidit in latrones. Qui etiam despoliauerunt eum. et plagis impositis. abierunt semiuivo relicto. Incidit autem. ut sacerdos quidam descenderet eadem via. et viso illo. preteriiuit. Similiter et leuita cum esset secus via. et videret illum: praeteriit. Hamaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum. Et videret eum. Misericordia motus est. Et appropinquans. alligauit uulnera eius. infundens oleum et vinum. Et imponens illum in iumentum suum. duxit in stabulum: et curam eius egit. Et altera die. protulit duos denarios. et dedit stabulario: et ait. Curam illi habe

Et quodcumque superogaueris: ego cum rediero. reddam tibi. Quis horum trium videt tibi proximum fuisse illi qui cecidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus. Vade: et tu fac similiter. Factum est autem dum irent: et ipse intravit in quoddam castellum. Et mulier quaedam martha nomine. excepit illum in domum suam. Et hinc erat soror: nomine maria. Quae etiam sedens secus pedes Domini: audiebat verbum illius. Martha autem satagebat. circa frequens ministerium. Quae stetit et ait. Domine: non est tibi curae quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi: ut me adiuuet. Et respondens: dixit illi Iesus. Martha Martha: sollicita es. et turbaris erga plurima. Porro: unum est necessarium. Maria optinam partem elegit: quae non auferetur ab ea. **Capitulum xij. m** Et factum est cum esset in loco quodam orans: ut cessauit dixit vnus ex discipulis ei ad eum. Domine. doce nos orare. sicut et iohannes docuit discipulos suos. Et ait illis. Cum oratis. dicite. Pater noster: sanctificet nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Panem nostrum cotidianum da nobis cotidie. Et dimitte nobis peccata nostra. siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in temptationem. Et ait ad illos. Quis vrum habebit amicum et ibit ad illum media nocte: et dicet illi. Amice. comoda michi tres panes: quoniam amicus meus venit. de via ad me. et non habeo quod ponam ante illum et ille de intus respondens dicat. Noli michi molestus esse: iam ostium clausum est. et pueri mei mecum sunt in cubili. non possunt surgere et dare tibi. Et illi si perseverauerit pulsas. Dico vobis. et si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit. propter importunitatem

Assumptio
marie